

IN VIA LATINA CORNELIUS DE EQUO CADIT

Romae multae viae sunt. In his multae tabernae sunt, ubi ab hominibus emi possunt non modo ornamenta, sed etiam pisces, mala et pira, animalia, libri et cetera. Nam in via Latina multi viri et multae feminae ambulant.

Feminae ante Albini tabernam, in qua ornamenta venduntur, dum viri ante Philippi tabernam, in qua libri venduntur, consistunt.

Cornelius quoque in via Latina est; is non ambulat, sed equo vehitur. Cuius est hic equus? Non Corneli, sed Lepidi est. Sed, dum Cornelius equo vehitur, videt Lepidum, qui dominus eius est, ambulare cum femina sua in via ipsa!

Cornelius, qui perterritus est, de equo cadit.

Cornelius enim sumit equum Lepidi, sed Lepidus Cornelium sumere equum non videt; ergo is putat Cornelium in villa esse.

Cornelius, qui in terra iacet, currere non potest, quia movere non potest pedem et crus, quae dolent.

Lepidus illic est, apud eum, sed iratus non est: is enim dominus probus est.

Itaque Lepidus, qui amat servos suos, in lectica eum ponit et ceteri servi eum vehunt ad villam, dum Lepidus atque femina sua ad villam equo adeunt.

Michela Del Freo